

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Expositio officii missae sacrique canonis**

**[Reutlingen], 1. Sept. 1483**

Tractatus secundus primi libri. De sacramento eucaristie

[urn:nbn:de:bsz:31-319967](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-319967)

anagogice scz qñ per ista inferiora in-  
telliguntur superiora. Et dicitur ab ana-  
gogico est sursum. et gogos ductio quasi ser-  
mo ducens nos sursum. sicut qñ sit ser-  
mo de eccia triumphali. siue d' vita eter-  
na et sanctorum beatitudine. **S**ed autem  
quattuor modi vt magis pateat i vno  
exemplo scz in hac dictione hierusale  
comperiuntur. Hierusalem em est no-  
men cuiusdam ciuitatis et interpretatur  
quasi visio pacis. qñ ergo scriptura loq-  
tur de illa ciuitate literaliter vt de ei-  
nobilitate vel captiuitate vel destru-  
ctioe tunc d' sensus hystorialis. Si vo  
hierusalem accipitur pro anima fidei-  
in qua debet esse pax. tunc d' sensus tro-  
pologicus siue moralis. Si aut accipit  
pro xpo vel pro eccia militante tunc est  
sensus allegoricus. xpc em pacem pe-  
perit et pacem sue ecclesie reliquit. Si  
vero per hierusalem intelligitur eccia  
triumphans siue vita beata in qua est  
visio pacis. qz ibi est pax eternitatis.  
tunc d' sensus anagogicus. quia de pa-  
ce temporali fit ductio sursum ad pacem  
eternitatis. Unde de pmissis moïis ha-  
betur. quedam metra. **L**itera gesta do-  
cet quid credas allegoria. **M**oralis qd  
agas quo tendis anagogia. sequitur.

Tractat<sup>o</sup> secund<sup>o</sup>  
libri primi. De sa-  
cramento eucaristie

Expedito de prio-  
scz de studio sacre  
scripture. et de ei-  
modis exponendi  
iam qñtum ad tra-  
ctatum secundum  
aliqua generalia d'  
sacramento eucari-

stie qd in missa conficitur sunt inquiren-  
da. Et habebit ille tractatus quattuor-  
decim capitula s'm q' quattuordecim  
in numero sunt declaranda. vt patebit.

- 1 In quib<sup>9</sup> sacramentū eucaristie in ve-  
teri lege sit figuratum. ca. primū
- 2 A quo et quare sit institutū hoc sacra-  
mentū caplin secundū.
- 3 Quando sit institutū et quare in vlti-  
ma cena xpi cum discipulis suis sit insti-  
tutum caplin terciū
- 4 De eius dignitate capitulū quartum.
- 5 De eius necessitate caplin quintum
- 6 De noim ipius multiplicitate ca. sextū
- 7 De modo accedendi et sumendi illud  
sacramentū caplin septimū
- 8 Que sint signa et coniecture p quas  
picturari possumus nos esse dignos  
ad hoc sacramētū picipiēdū ca. octauū
- 9 De vtilitatib<sup>9</sup> quas cōsequunt<sup>r</sup> digne  
sumentes capitulū nonū
- 10 De damnis que cōsequunt<sup>r</sup> indigne su-  
mentes capitulū dicimū
- 11 Quot modis hoc sacramentū sumat<sup>r</sup>.  
capitulū vndecimū
- 12 An peccata venialia possint impedire  
effectum huius sacramenti in sumente  
capitulū duodecimū
- 13 An propter nocturnalem pollutionē  
communio sit p̄mittēda ca. tredecimū
- 14 An melius sit frequētius hoc sacramē-  
tum p̄cipere q̄ tardius et rarius capi-  
tulum quartūdecimū

Capitulum primū Ostendit  
in quibus sacramentū eucaristie  
in veteri lege sit p̄figu-  
ratum.

*Figuratio*  
**S**ubterrimū eucaristie sacra-  
 mentū in veteri testamento  
 multis figuris est p̄figuratū.  
 Primo in oblatiōe panis et vini à Mel-  
 chisedech ip̄i abrae. Unde Beñ. xiiij.  
 dr. Est vero melchisedech offerens pa-  
 nem et vinū: erat em̄ sacerdos dei al-  
 tissimi. Per qđ vt ait ambrosius i qua-  
 dam omelia datur intelligi. sacramēta  
 xp̄ianoz esse anteriora id est prius figu-  
 rata q̄ iudeoz. In illa em̄ oblatione re-  
 presentata fuit forma exterior hui⁹ sac-  
 menti. Aliud em̄ in hoc sacramento cer-  
 nitur. et aliud creditur. Scilicet em̄ pa-  
nis et vinū. sed creditur vera caro et  
sanguis xp̄i sub speciebus panis et vi-  
ni veraciter contineri. Nam sicut pa-  
 nis est principale quo sustentamur in ci-  
 bis ⁊ vinū principale in potibus q̄ntū  
 ad nutrimentū corpale. sic caro et san-  
 guis xp̄i sunt principalia quantū ad nu-  
 trimentū sp̄iale scz aie. Unde Proue.  
 xiiij. dr. Venite ⁊ medite panem meum  
 Omnia quidē sacrificia veteris testa-  
 menti cessauerūt et solum sacrificiū pa-  
 nis et vini remansit. et ideo deo est ac-  
 ceptū Quod p̄uidens dauid in spiritu  
 dixit in p̄sona dei Quādo manducabo  
carnes thaurorū aut sanguinem hircorū  
potabo. q̄si diceret nō acceptabo talia  
sacrificia Et subdit. Immola deo sacri-  
ficiū laudis. Et iterū. Sacrificiū dō  
sp̄s contribulatus. Tale igit̄ sacrifici-  
um laudis est p̄ns sacramentū. quia in  
ip̄o et per ip̄m deus potissime laudat̄.  
et passio filij eius ad memoriā reuocat̄.  
 Hoc idem malachias p̄pheta longe in

*panis  
 simile q̄ figurat  
 hominis. Et vi-  
 figurat cor*

*Caritas*

sp̄u cognouit dicens in p̄sona dei ad iu-  
 deos Non est mihi voluntas in vobis  
dicit dñs exercituum. et non suscipiam  
munus de manu vestra. Ab ortu enim  
 solis vsq; ad occasum magnū est nomē  
 meū in gentibus et in omni loco sancti-  
 ficatur et offertur nomini meo oblatō  
 munda/ id est oblatio panis et vini. seu  
 corporis et sanguinis domini nr̄i iesu  
 xp̄i. Malach. i. Secundo hoc sacramē-  
tum est p̄figuratum per manna qđ da-  
batur iudeis in deserto post transitum  
maris rubri. De quo Exodi. xvi. Ecce  
ego pluam vobis de celo panem. egre-  
diatur populus et colligat quo sufficiat  
at per singulos dies. Unde in Psalm.  
lxxv. dr. Panem angelorū māducabit  
homo id est panem paratū in aere mis-  
terio angelorū vel panem figurantem  
panem angelorū. Sicut em̄ manna da-  
tum fuit hebreis. iā submersis egyptijs.  
sic eucaristia datur xp̄ianis post ablu-  
tionē baptisimi dletis iam peccatis vt  
p̄ baptisimū mundati a malo. p̄ eucaris-  
stiam nutriuntur in bono Et sicut man-  
na populū istum. per fastiditatē in via  
solitudinis. ad terram p̄missiōis pdu-  
xit. vt patet Josue. v. sic eucaristia per  
istum incolatum vite presentis fideles  
huius seculi terram transeuntēs. ad pa-  
triam dei perducit. vnde recte viaticū  
appellatur. qz reficiens nos in via / du-  
cit ad patriā: Item sicut manna venit  
de sursum scz de celosic ⁊ eucaristia Jo-  
hannis. vi. Ego sum panis viuus. qui  
de celo descendi. Item sicut filij israhel  
videntes manna mirabant̄ dicentes  
ad inuicem. manhu. manhu. qđ signifi-  
cat quid est hoc. Exo. xv. sic de isto sac-  
ramento iudei mirabant̄ dicētes. quomō  
pōt nobis dare hic carnē suā ad mādu-  
candū. Job. vi: Un̄ p̄pheta ait. Demo-

*et adhuc q̄ntū  
 plurimū heres  
 nit.*

riam fecit mirabiliū suoz rē. psal. cxiij.  
**I**tem qui collegerat plus de manna n̄  
 habebat amplius nec qui minus prepa-  
 rauerat detulit minus. sed singuli iux-  
 ta id qd̄ edere poterant congregauer-  
 rant Exo. xvi. sic et in eucaristia. Nam  
 quantūcūq; quisq; paruum partē ac-  
 cipiat. totā percipit eucaristiā. **I**uxta id  
 qd̄ cantat ecclesia. **N**ec faciles sed memē  
 to timēse sub fragmento / quantū toto  
 tegitur. **L**ui cōcordat dictū b. gregorij  
 in Omelia paschali. et hēc de p̄. dis.  
 ij. ca. **Q**uid si sanguis. vbi d̄. **N**ouertē-  
 dum est qd̄ siue plus siue minus omnes  
 eqliter corpus xp̄i integerime sumūt.  
 et generaliter omnes et sp̄aliter vnus  
 quisq;. **I**tem habebat in se omne suauitatis  
 delectamentū sic et eucaristia p̄fert  
 vitā eternā. et eius dulcedinē facit de-  
 gustare in qua vita sunt omnes delecta-  
 tiones aggregate. **E**ū Joh. vi. d̄. **S**i  
 quis manducauerit ex hoc pane viuet  
 in eternū. **S**ed hec est differentia quia  
 om̄s q̄ hunc panē manducauerūt mor-  
 tui sunt. iste vero panis. viuus qui de  
 celo descendit. vitam mundo tribuit.  
**M**anna illud de celo hoc supra celum  
 illud scaturiebat in diē alterum serua-  
 tum. hoc ab omni corruptiōe est alienū  
 qz quicūq; digne gustauerit et sic vsq;  
 in finem p̄manerit. corruptiōem id est  
 damnatiōez eternā non videbit. **V**t in  
 quit m̄ḡ. in iij. sen. dis. viij. **T**ercio mō-  
 figuratū est hoc sacramētū in esu agni  
 paschalis p̄ quē istud sacramētū rep̄-  
 sentatur. **E**ū Exo. xij. d̄. **D**ecima die  
 mensis tollat vnusquisq; agnū per fa-  
 milias suas. **E**rit autē agnus sine macu-  
 la. masculus agniculus. **S**icut em̄ esus  
 agni paschalis institutus fuit in signum  
 liberatiōis de seruitute egipciaca. ita  
 esus veri agni paschalis institutus fuit i

signum liberatiōis a potestate et capti-  
 uitate dyabolica. qz iste est agnus dei q̄  
 tollit peccata mundi. **J**oh. i. **I**tem elius  
 agni paschalis institutus fuit qn̄ filij isra-  
 el erant transaturi de egipto in terram  
 p̄missiōis. ita dñs iesus instituit hoc sa-  
 cramentū trāsiturus de hoc mūdo ad  
 patrē. **J**oh. xiiij. **Q**uarto hoc sacramē-  
 tum p̄figuratum est in diuersis sacrifi-  
 cijs. **D**e quib; habet in Leui. quibus fi-  
 gurabat passiois xp̄i oblatio. vbi fuit  
 hostia quo ad recōciliatiōem. victima  
 quo ad satisfactiōez pro peccatis n̄ris.  
 et olocustum quo ad totius sui corpo-  
 ris lesionē. **Q**uinto p̄figuratū est p̄ ces-  
 nam quā rex darius fecit omnibus ver-  
 naculis suis. magistratib; et omnibus  
 purpuratis. p̄conibus. cōsulibus. et p̄-  
 fectis. ij. Esore. ca. iij. id est iesus xp̄e lvi  
 corporis et sanguinis cenā. preparauit oib;  
 iustis et fidelibus. licet interdū iniusti  
 se ingerant. in quibus aliqui sunt subdi-  
 ti et illi intelligunt per vernaculos. q̄  
 sunt serui in domo dñi. **A**lij vero sunt  
 plati eccie maiores. et illi intelliguntur  
 per magistratus. **A**lij sunt plati mino-  
 res et illi intelligunt per p̄fectos. **Q**ui-  
 dam autē sunt reges terre et hij per pur-  
 puratos intelligunt. **Q**uidā vero sunt  
 principes inferiores et isti intelligunt p̄  
 p̄cones. **D**emū quidam sunt religio-  
 si et hij per cōsules designant. quia cō-  
 silia sunt professi. **O**mnia etiā sacrificia  
 tpe nature et legis ab abel iusto primo  
 incipiendo et descendēdo vsq; ad noe  
 melchisedech abraā vsq; ad sacrificia  
 legalia aaron et filioz eius omnia figu-  
 rabant illud vnicū et singulare officij  
 scz oblatiōem xp̄i in cruce et sacrificij  
 eucaristie in altari. qz fm̄ ilpo. i. ad cor.  
 x. **O**mnia in figuris contingebant illis  
 et in fide illi; sacrificij cetera sacrificia

Secundus unq; su-  
 munt m̄dit.  
 2 quantū ih̄. au-  
 tū. illi m̄dit  
 simp̄ly q̄ su-  
 munt rē

Differa  
 Manna et  
 Sarranm  
 Eucharistia  
 Si q̄ manna  
 fuit ex  
 hoc pane uic-  
 tū ingloriā

q̄ no fuit in  
 multiplicat  
 uicant in  
 glorios

naturalia et legalia deo placuerunt

Capitulum secundum de quo et quare hoc sacramentum eucaristie sit institutum.

*À quo instituitur*

Dominus noster Iesus Christus hoc sacramentum instituit verbo et facto. verbo cum dixit. ego sum panis vivus qui de celo descendi. Joh. vi. Facto quoniam cena facta cum discipulis suis post esum agni paschalis dixit. Accipite et comedite hoc est corpus meum. Luc. xxij. *Quatuor autem de causis* dominus Iesus hoc sacramentum instituit. Primo ut memoriale sue mortis et passionis nobis relinqueret. Luc. xx. vi. Hoc facite in meam commemorationem. Et. i. ad Corinth. xi. Quocienscumque manducabitis panem hunc / et calicem bibetis mortem domini annuntiabitis donec veniat.

*Quare in  
bibetis*

2. Secundo ut signum sue caritatis fidelibus suis declararet. teste Chrysostomo. super Johannem sic dicente. Christus hoc fecit ad maius amicitie fedus docens nos suamque caritatem declarans erga nos prestans se non solum videri a desiderantibus. sed etiam palpari comedi et amplecti. Tercio ut per cibum sue carnis ad gustum divinitatis nos invitaret. De quo venerabilis hugo super prologum angelice hierarchie. Sapientia increata que se per visibilia manifestat voluit ostendere quod ipsa animarum cibus et refectio est. Propterea assumptam carnem nobis in edulium proposuit in sacramento ut per cibum carnis ad gustum nos invitaret divinitatis. Quod corpus enim christi in sacramento sensus quodam signo sensibili detinetur et fovetur / intellectus lumine naturali fidei confortat et confirmat. et sic quodammodo per ipsum tanquam per hostium

et viam ad gustum sue divinitatis pervenitur. hec ille. Quarto pro tanto instituit hoc sacramentum quod in propria specie christus erat recessurus a nobis. et sic in sacramentali specie seipsum hic reliquit. ut nobiscum esset usque ad consummationem seculi sicut ipse promisit. Mat. ult. Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Unde Eusebius de hoc sic inquit et habet de consensu. dist. ij. ca. ij. quia corpus assumptum scilicet de beata virgine. ablaturus erat ab oculis nostris et ablaturus sideribus. necesse erat quod die cene sacramentum nobis corporis et sanguinis consecraret ut coleretur iugiter per misterium quod semel offerebatur in precium seculi generis humani.

Capitulum tertium. Quando hoc sacramentum sit institutum et quare in ultima cena christi cum discipulis suis sit institutum

Quando  
Distans cenatum est quartade-  
cimo luna mensis scilicet aprilis /  
ad vespeream christus secundum legem  
pascha cum apostolis celebrauit. de quo cum dixisset Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam paciar. statim ostendit ut veteri pasche finem imponeret. novum pasche substitueret sacramentum. Accipiens enim panem benedixit ac fregit. deditque discipulis suis dicens. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. similiter et calicem postquam cenavit dicens. bibite ex hoc omnes hic calix novum testamentum est in meo sanguine qui pro vobis tradetur in remissionem peccatorum. Hac igitur celebratione informati celebramus iugiter per misterium quod semel offerebatur in precium cuius quatuor cause assignantur secundum

*Quando*

*Curr in vltima cena*  
 Innocentii. Prima qz optet parata esse medicina qua quotidiana peccata curant. *Uñ Aug.* et habet de pte. dis. ij. ca. *Uñ sub figura.* Iteratur quoti die hec oblatio licet xpc semel passus sit qz quotidie peccamus peccatis sine quibus mortalis infirmitas viuere nō pōt. Et ideo qz quotidie labimur quoti die xpc pro nobis mistice immolatur. *Secunda* vt lignū vite semper sit in medio paradisi. *Tercia* vt nobis xpc quoti die vniatur sacramentaliter. et nos ei spūaliter. *Quarta* vt vero agno loco topici quoti die vramur quē iudei ad vesperā cōuertēdi esurient fm illd psalmi. *Conuertent ad vesperā et famem patient vt canes rē.* Nam vbi veritas venit figura cessauit. Est aut hoc sacramentū in vltima cena institutum multiplici de causa. *Prima* vt finē veterib<sup>9</sup> figuris daret. Unde post esum agni paschalis qui inter cetera sacrificia fuit magis principale sacrificiū statim hoc sacramentū fuit institutū. agn<sup>9</sup> em paschalis figura fuit passionis xpi et huius sacramenti. *Congruū* igit fuit vt figuram immediate sequeretur figuratum. *Secunda* causa qz ea que vltimo ab amicis dantur magis memorie cōmendant. p̄sertim qz tunc magis inflamatur affectus amicorū ad amicos. ea vero ad que magis afficimur aīo p̄ fundius imprimunt igitur alexander papa scd<sup>9</sup> dicit. Nihil in sacrificijs pōt esse maius q̄ corp<sup>9</sup> et sanguis domini nostri iesu xpi nec vlla oblatio hac potior. *De pte. dis. ij. ca. Nihil.* Ideo vt in maiori veneratiōe haberet dñs in vltimo discessu discipulis hoc sacramentum instituit. Et hoc est qd̄ inquit beatus Aug<sup>9</sup>. Saluator qz vehementius cōmendaret misterij illius altitudinem

vltimo hoc voluit infigere discipuloz cordibus et memorie a quibus p̄ passionem erat discessur<sup>9</sup>. *Tercia* causa vt per hoc sacramentū instante hora passionis et necessitatis sue vltimū cōderet testamentū. De quo innocenti<sup>9</sup> terci<sup>9</sup> sic ait. *Uñ* etia corpus et sanguinem suū post cenam dedit apostolis vt hoc sacramentū illud vltimū testimonij mā datū arcius memorie cōmendaret. *Uñ* nouissimū condens hereditibus testamentum ait. *Uos* inquit estis q̄ p̄mansistis mecum in tentatiōib<sup>9</sup> meis. et ego disponam vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū vt edatis et bibatis supra mensam meā in regno meo. *Luc. xxij.*

Capitulū quartū. De dignitate hui<sup>9</sup> sacramenti

*Dignitas* huius sacramenti multis apparet. *Primo* qz tū in lege q̄ ante legem p̄figuratum fuit. *Ante legē* p̄ oblatiōem panis et vini a melchisedech. in qua figura habem<sup>9</sup> formā huius sacramenti exteriorē et primū eius effectū scz p̄io refectiōem spūalem. *Secdo* in lege i māna vbi figurabat effectus gratie. et in agno paschali in quo significabat liberatio a dyabolo. de quib<sup>9</sup> pleni<sup>9</sup> dictū est i capitulo p̄mo hui<sup>9</sup> tractatus. *Secundo* dignitas huius sacramenti apparet ex hoc qz a p̄phetis p̄nunciatū est. *De quo* p̄pheta dauid dānē angeloz manducauit hō. ps. lxxvij. vbi p̄teritū ponit pro futuro ex certitudine p̄phetali. *Tercio* dignitas eius ex hoc apparet qz a xpo est institutū. de quo dictū est supra ca. ij. *Quarto* ex hoc quia ab aplis est obseruatū. i. ad cor. xi. *Conuenientibus* vobis in vnū iam non est

5 dñicam cenam manducare. Quinto ex hoc apparet. qz a summis pontificibus est solemnizatū qui ad hoc celebrandū p̄stituerūt orōnem canū locū temp<sup>9</sup> vestimenta vasa ⁊ stipendium spūale. que oīa sunt ad decorē hui<sup>9</sup> sacramenti. vtp̄z ex. de re. et ve. sanctorū ca. Si dñm. Sexto apparet ex hoc qz nō nisi a sacerdote cōficitur qz solū sacerdotibus a dño hec potestas est reseruata. et cōmissa. vt habet. ex. de sum. tri. ca. Firmiter credim<sup>9</sup>. Ubi dicit. hoc sacramentū nemo p̄ficere pōt nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus. s̄m clauēs ecclesie quas xpc̄ iesus concessit aplis et eorū successorib<sup>9</sup>. Septimo eius dignitas apparet rōne cōtinentie sue. qz sub se continet xpm̄ in quo nobilissimū in celo. et nobilissimū in terra sunt. scz deitas et humanitas De quo vbi supra sic habetur. Una est fidelū vniuersalis eccia. ex. quā nullus omnino saluat. in qua idem ipse sacerdos est et sacrificiū iesus xpc̄. cui<sup>9</sup> corpus et sanguis in sacramento altaris. sub specieb<sup>9</sup> panis ⁊ vini veraciter p̄tinet transubstantiat<sup>9</sup> pane in corpus et vino in sanguinē. p̄tate diuina vt ad p̄ficiendum hoc misterii accipiamus ipi de suo qd̄ ipse accepit de nostro.

Caplin quintū. De necessitate huius sacramenti.

Necessitas huius sacramenti innuitur iohis vi. vbi dicit dominus. Qui manducauerit carnē filij hoīs et biberit eius sanguinem nō habebit vitā in vobis. qz non hēbit deū inhabitatē q̄ est vita eterna. Usus em̄ hui<sup>9</sup> sacramenti p̄ducit hoīez ad grē p̄summatōez q̄ est vita eterna.

Beati nāqz sunt qui ad cenā nuptiarū sunt vocati. Apoc. xix. Et vere beati i p̄nti scz p̄ gr̄as visitantē et in futuro p̄ gloriā eternā exaltantē. Un̄ glo. super illud Sap. vii. venerūt mihi oīa bona p̄iter cū illa sic dicit Qui corde xpm̄ suscipit noticiā oīm virtutū pariter habebit. Dicit qz gr̄am et in futuro gl̄iam eternā. Hanc etiā necessitatem innuit beat<sup>9</sup> aug<sup>9</sup> in qd̄ā Omne de festiuitate corporis xpi sic inquit. Dedit se nobis saluator in pabulū. vt qz homo p̄ cibū in mortē corruer. at necessarium fuit vt ip̄e p̄ cibum releuaret ad vitā. cecidit hō p̄ cibū ligni mortiferi releuatus est p̄ cibum ligni vitalis in illo ligno pep̄dit esca mortis i isto aut̄ vite alimentū illius esus intulit lesiōem. istius gustus attulit sanitatē gustus istius sauciuit gustus aut̄ illius curauit. vt vñ vuln<sup>9</sup> est exortū inde et medela. et vñ mors subyt inde et vita venit. De illo enim gustu dicit. Quacūqz die p̄mderitis ex eo morte moriemini si q̄s aut̄ manducauerit ex hac carne viuet in eternū. Secundo necessitas hui<sup>9</sup> sacramenti apparet ex hoc qz nullā salutem pōt cōsequi aīa sine huius salutiferi cibi susceptiōe debita. Teste Remigio sic dicente. Nulla nobis salus corporis et aīe absqz xpi carnis et sanguinis susceptiōe. qz vt inquit Richar. de sancto victore. In hoc beatissimo sacramēto xpi videlicet corpore et sanguine tāta consistit salus aīe vt omnē gr̄as quā habet hō sibi xpi sacramēto tribuit. Cui alludit venerabilis beda in hec v̄ba. Omne qd̄ donū celestis gr̄e sancta eucaristia mediāte. Quia s̄m b. bern̄. in tractatu suo de cōtemplatiōe et corporis xpi manducatiōe manducanti p̄mittit vitā sup̄na atqz beatā. in qua est gaudium sine merore.

reges sine labore dignitas sine tremore, opes sine amissione. sanitas sine languore. habundantia sine defectu. vita sine morte. perpetuitas sine corruptioe. beatitudo sine calamitate. vbi oia bona in caritate perfecta. vbi spes et visio faciei ad facie. vbi plena scia in omnibus et pro oia vbi summa dei bonitas cernit. et lumine illuminas a sanctis glorificat. vbi maiestas dei conspicit. et hoc cibo sine defectu mens inuentum faciat. **De ille**

**3** Tercio necessitas h<sup>o</sup> sacramenti ex hoc apparet qz sine hoc sacramento / corpori xpi mistico no possumus incorporari. p ut postea patebit cu de effectib<sup>o</sup> huius sacramenti dicit. Per hoc etia sacramentum via nobis pbetur. ad vite eterne ingressum quocirca viaticum nominat qz pber viam illuc veniedi: scz ad eternam patriam et fructioez diuine maiestatis qua psignat. **Un** dicim<sup>o</sup> in quadam collecta. Fac nos quesum<sup>o</sup> dne diuitias tue supna fructioe repleti. qua pccio sic corporis et sanguis tui tpalis pceptio pfigurat. Et in quadam prosa sic canit eccia. Ecce panis angeloz factus cibus viatorz etc. Per hoc deniqz sacramentum graz no solu p patre sed ad plenitudinem veraciter attingim<sup>o</sup>. **Un** eucaristia dicitur id est bona gra. Quid em meli<sup>o</sup> corpe et sanguine iesu xpi. **Un** bern<sup>o</sup> panis iste p excellentiam eucaristia dicitur id est bona gra. In hoc em sacramento no solum gra sed iste a quo ois gra fluit continetur. Et idē dicit ambrosius.

Capitulum .vi. De huius sacramenti nominum multiplicitate

Etia in precedenti capitulo sunt tacta aliqua noia h<sup>o</sup> sacramenti. ideo sciendum qz hoc

sacramentum in scriptura sacra diuersa noia inuenit habere. dicitur em qnqz missa *In Missa 403*  
 et hoc quadruplici rōe. **Primo** rōe angeloz qui ibi mittunt. vt patet de ple. dil. ij. ca. qz si sanguis. **Secundo** rōe filij qui ibi mittit ad deū patre. **Tercio** rōe nostri qz p misterium sacerdotis qui mediatoris vice fungit inter deū et hoiez vota nra mittimus et pces deo fundimus. vt deus nobis sua mittat graz et benedictioez. **Quarto** rōe assistentium scz cathecuminoz qui foras mittebant antiquitus in eccia primitiua. vt dicit **Hugo**. Tūc em dyacon<sup>o</sup> lecto euangelio. solebat clamare exite cathecumini. qz sacerdos secretum incipit. **Ratio** aut hui<sup>o</sup> expulsiois erat qz illi erant sine sacramento baptismi. qd oibus alijs sacramentis est pmittendum. **Secdo** dicit eucaristia p excellentiam ab eu qd est bonum / et carissima gra qsi bona gra. qz in hoc sacramento no tm est augmentum virtutis et grae sicut in confirmatioe sed ibi xpc sumitur totus pfectus et integer in corpore et aia et deitate / qui est finis et origo totius grae vt inquit mgr. in. iij. sen. dil. viij. Etiam qz cotinet illum in quo est plenitudo grae qz corpe xpi et sanguine. Et quid melius corpe et sanguine xpi. vt dicit. i. q. i. ca. Multi secularium. Et **Joh**. i. dicit. De plenitudine eius oēs accipimus gram. **Tercio** dicit hostia de quo in **Ps**. *In Hostia*  
 Dirupisti dne v. m. t. sa. ho. lau. ps. cxv. Et fin ysidor. **Hostia** dicitur ab hostibus vincendis sicut victima dda victis. **Un** antequam ierāt ad bellum. faciebāt deo sacrificium et hoc vocabat hostia s; qm vice itez fecerūt sacrificium. hoc vocabat victima. Quia ergo nos hoc sacramentum offerim<sup>o</sup> ad vincendum inimicos scz demones ergo merito dici potest hostia. **Quarto** vocatur immolatio et fin



ysidorus dicit ab in et moles quia in mole altaris sacrificabat. Et hoc sacrificium debet fieri in altari immolatio proprie dicitur. Unde per psalmum immola deo sacrificium laudis psalmus 117. Quinto appellatur communio id est communis esca. Communicare enim secundum papam. id est quod simul participare et quod omnes de uno pane et de uno calice participamus id merito communio dicitur vel dicitur communio eo quod ipse nobis communicat in isto sacramento. Uel a communitate quia communis est omnibus. Sexto dicitur viaticum quod idem est quod victus in via necessitatis secundum Augustinum. Et quod iste cibus datus est nobis in via iuxta illud Iob. vi. caro mea vere est cibus et est necessarium ad salutem et ad perueniendum ad terminum nostrum quia manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. idcirco proprie et bene viaticum dicitur. Et figuram illius habebimus in iij. Regum ubi dicitur quod angelus domini portauit hylem panem sub cineribus et vas aque dicens Surge et comedere grandis enim tibi restat via. Et subdit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius. Item et nos viatores de patria beata visionem et mansionem tendere debemus. Septimo appellatur sacrificium quod secundum beatum Gregorium in canone multum secularium. id est quod quasi sacrum officium. vel quasi sacrum factum quia per mystica consecrat per nobis in memoria domine passionis et secundum eundem ibidem dicitur mysterium. eo quod secretam et recedita habet dispensationem. id est virtutem et gratiam a deo dispensatam et collatam secundum gloriam. Ibidem Petrus vocat actio quia sicut habet de psalmi. c. Leo papa. vocat sacrificium missae actioem cum dicit quod missa est quod actio quae fit per modum cuiusdam cause. Nam hic habemus locum orationum iudex est deus accusator dyabolus. reus est populus/testis

est propria scilicet sacerdos defensor et aduocatus. ut dicit beatus Ambrosius in oratione summe sacerdos dicitur. qui inquit me peccatorum inter te et eundem populum mediator esse voluisti. dicitur etiam metalepsis in greco. quod est assumptio in latino eo quod per hoc sacramentum assumimus filii diuinitatem

Capitulum. vij. De modo accedendi et sumendi illud sacramentum. *Vide infra*

Plenti digne accedere ad hoc venerabile sacramentum necesse est ut iuxta doctrinam apostoli ad Cor. xi. homo seipsum probet. Quod dictum tractas b. tho. de agno in iij. pre sue sum. sic dicit. Probet homo seipsum. id est proparet examinet et purget. preparet per cordis contritionem. oris confessionem. et debitam satisfactionem. examinet an habeat scripturam in corde. veritatem in ore. perfectam conversationem in ope. purget a vana gloria intellectum. a vana cupiditate affectum sensum a rebellione per inobedientiam infectum. et sic a seipso probat ad summi regis mensam accedat. Modum autem accedendi discere possumus ex esu agni pascalis exor. xij. comedebat enim iudei agnum paschalem accinctis renibus cum azimis panibus. calceatiis pedibus. baculos hircos in manibus. cum lactucis aggregatis et festinatibus. Per primum figuratur puritas castitatis in Luc. xij. Sint lumbi vestri dicitur. Per secundum vero intelligitur carere corruptiois peccati marie mortalis quia secundum beatum Gregorium. asina sumus. si a corruptione peccati sumus alieni. Per tertium designatur affectus deuotionis. De quo in canticis. Pulchra es in calciamentis tuis filia principis. Per quartum figuratur memoria domine passionis. Unde iacob patriarcha dixit

Comunio

Viaticum

Sacrificium

Actio

In baculo pertransiit iordanē istū. Per  
 5 quintū immūit amaritudo contritiōis pro  
 pectis vñ p̄s. Libabis nos pane lacrimarū  
 Per sextum mōstratur promptitudo  
 bone voluntatis. Ex his igit̄ iam dictis  
 sc̄z puritate castitatis/immunitate pec  
 cati mortalis. xp̄ifere deuotionis. me  
 moria dominice passionis. promptitu  
 dine bone voluntatis. et amaritudine  
 contritiōis. sit armatus om̄is qui ad sa  
 cramenti cōmunionē digne vult acce  
 dere. Unde beat⁹ Ambrosius in qua  
 dam orōne de hoc pulcre loquitur in  
 hec verba. Quanta cordis contritiōe  
 et fonte lacrimarū/ quanta reuerentia  
 et tremore/ quanta corporis castitate  
 ⁊ animi puritate illud diuinū et celeste  
 misterium est celebrandū. dñe deus. vbi  
 caro tua in veritate sumitur. vbi san  
 guis tuus in veritate bibitur. vbi sum  
 mis yma humanis diuina iunguntur.  
 Ubi tu es sacerdos ⁊ sacrificium mira  
 biliter et ineffabiliter. Quis digne po  
 terit celebrare hoc misterium. nisi tu de⁹  
 omnipotēs offerentē feceris dignum.  
 Nec ille. Et vt cuilibet volenti tracta  
 re aut sumere hanc escam nobilissimā  
 hoc contingat cum accedere voluerit  
 beatus Bern. in tractatu suo de contē  
 platione dicit. q̄ in hunc modū potest  
 orare. O diues omnium bonorū dapum  
 superne facietatis opulentissime largi  
 tor deus. da lasso cibum. collige disper  
 sum libera captiuum reintegrascissum  
 Siste ad hostiū et pulsat. obsecro per  
 viscera misericordie dei quibus visita  
 sti oriens ex alto. iube pulsanti misero  
 aperire. q̄ liberis gressibus ingrediat̄  
 ad te et requiescat in te. et reficiatur de  
 te pane celesti Sanct⁹ vero Thomas  
 breuiter ponit tria. que cuilibet digne  
 manducanti sunt necessaria. Primum

est mundicia corporalis vt per eā reue  
 rentia sacramento exhibeatur. Secū  
 dum est consciētia munda vt sic digne  
 sacramento mansio et habitaculum di  
 sponatur. Tercium est actualis deuotio  
 per quā mens apud deū eleuetur. De  
 quibus dicitur postea magis in sp̄ali:

Capitulum octauū. Que sint si  
 gna et cōiecturę p̄ quas con  
 iecturari possumus nos esse  
 dignos ad hoc sacramentū  
 percipiendū

Faceret aliquis cum nemo sit  
 d certus an sine peccato sit et i *L. Gaspario.*  
 caritate q̄ iuxta dictū Sap.  
 Eccle. ix. Nescit homo an odio v̄ amo  
 re dignus sit quō igitur aliq̄s fm̄ h̄mōi  
 conditiōes digne poterit ad hoc ve  
 nerabile sacramentū accedere. Ad hoc  
 respondet sanctus Tho. dicens. Licet *Ex 10*  
 de hoc nō possit haberi certitudo scie  
 t̄n de hoc pōt haberi probabilis conie  
 ctura et p̄cipue per quattuor signa. q̄  
 ponit Bern. in libro de stimulo amoris  
 Quorū primū est cum quis deuote ver  
 bum dei audit. q̄ teste saluatore Joh.  
 viij. Qui ex deo est verbū dei audit.  
 Secundū cū quis promptū se in bene  
 operando inuenerit: q̄ probatio dile  
 ctionis exhibitio est operis. Et inquit  
 beatus Grego. in quadam omel. *Ter*  
 cium cū quis propositum habet absti  
 nendi a peccatis in futuro. *Quartum*  
 cum de p̄teritis deluit seu dolet et con  
 teritur. In his em̄ fm̄ Grego. vera pe  
 nitentia consistit. Unde si quis per hu  
 iusmodi signa facta diligenti dis  
 cussioe sue consciētie. quis non sufficienti de  
 uote ad corp⁹ xp̄i accedat aliquo pctō  
 mortali i ip̄o remanete qd̄ ei⁹ memoria

subterfugiat. n̄ peccat si accedit immo  
ex vi sacramenti remissionē peccati p̄sequit̄  
Unde beat⁹ Aug⁹. in quodā ser. dicit.  
Quando corpus xpi manducatur / vi  
uificat mortuos. Nam tale peccatum i  
contritiōe generali est dimissum licet n̄  
ita plene sicut ea que in specie sunt con  
fessa.

Capitulum nonum. De fru  
ctibus et vtilitatibus quas  
consequunt̄ digne sumentes  
Et qualis s̄ debent hoc s̄cra  
mentū sumere

¶ Si corpus xpi digne man  
ducatur. huc duodecim fruct⁹  
q̄ et vtilitates consequuntur  
qui duodecim fructus figurati sunt p̄  
lignum vite qd̄ est in medio paradisi.  
Benef. ij. d̄fferens duodecim fructus.  
Alpoca. vlt. et notatur in his versibus.  
Inflamat. memorat. sustentat. robo  
rat. auget. Hostia spem purgat. reficit.  
vitaliter vnit. Confirmatq; fidem mu  
nit. fomitemq; remittit. **Primus fru**  
**ctus** que cōsequitur digne manducās  
est caritatis inflamatio De quo quidā  
doctor sic dicit. Pre omnib⁹ alijs gra  
ctijs corporis summi scz manducatio di  
gna accendit in nobis caritatem Qui  
em̄ panem calidū de clibano iam acce  
ptum comederit. cū pane vtiq; sumit  
et calorem. sic qui corpus xpi comedit  
in clibano crucis. ex ardoze maxime  
caritatis decoctum in eodem comedit  
et caritatem. Ignitus. siippe amor dei  
in corpore ipi⁹ suscipitur quo sumpto.  
et nos inardescit. ius. et ipm̄ semp̄ am  
plius esurimus. **Secundus fructus**  
est qd̄ memoria reducit dominicam  
passionem. diuinam dilectiōem. et no  
stram liberatiōem. Unde Lu. xxij. hoc  
facite in meā cōmemoratiōem. **Tercius**

fructus est contra recidiuatiōem sustē  
tatio. De quo in psal. Panis cor hois  
confirmet **Quartus fructus** est qd̄ ro  
borat sumentē ad bona operandum et  
continuandū. Luius figura innuitur  
psal. xl. vbi dicit. Qui sperant in dño  
imitabunt fortitudinē. assumēt pennas  
vt aquile. ambulabūt. et non deficient.  
Unde yfido. de hoc sic inquit. Libus il  
le corpus illius nō impinguat. sed cor  
hominis in bono confirmat. Idic est pa  
nis vite qui ergo vitam manducatur di  
gne. mori non potest. scz morte spiritu  
ali et eternali. **Quintus fructus** ē  
spei et deuotionis augmentatio. z non  
solum spei / sed et caritatis vt dictum ē  
in primo fructu. et etiam fidei vt diceē  
in decimo fructu. que simul bene innu  
untur. Ezech. xv. vbi anime deuote / sa  
cramentū eucaristie percipienti. cū ista  
rum virtutū augmento sic d̄r. Similā  
mel et oleum comedisti. et decora facie  
es vehementer. z profecisti in regnum  
et egressum est nomen tuum in gentes  
ppter speciem tuā. Vbi p̄ similia ppter  
sui puritatem intelligere possumus sin  
ceritatem fidei. Per mel propter sui  
suauitatem intelligere possum⁹ digne  
sumentis eminentē caritatē Per oleū  
ppter sui intrinsecā subtilitatem intelli  
gere possumus spem. Nam sicut oleum  
est v̄tutis penetratiue et supnatat ce  
teris liquoribus: sic spes diligentis aie  
omnia creata quasi despiciens. pene  
trat et transcendit Et non obstante tē  
pestate hui⁹ mūdī. tanq; maris magni  
et spaciōsi in quo sunt reptilia / quorū  
non est numerus. anchoram sue confi  
dentie figit in solo suo creatore / et in  
virtute perfecte eucaristie. Unde de  
hoc fructu quito dicitur psalmo. xxij.  
Impinguasti in oleo caput meum.

et calix meus inebrians quod pelarus est  
 Sextus fructus est peccatorum remissio  
 et hoc intelligitur de venialibus pecca-  
 tis. quia per istum cibum fit restaura-  
 tio et reparatio deperditi vaporis id est  
 ipsius caritatis. Et non intelligitur de  
 mortalibus quod sicut alimentum naturale  
 solum prodest viventi et non mortuo sic  
 alimentum spirituale. Item amen si homo suf-  
ficienti facta discussione. de omnibus  
peccatis contritus fuerit et propositum sa-  
tisfaciendi habuerit de quocumque pecca-  
to mortali ab eo perpetrato / si sibi ad  
memoriam reducere si alicuius pecca-  
ti mortalis reus extiterit deo cognito  
sibi totaliter ignoto. et a memoria  
eius remoto ex vi sacramenti quod su-  
mit remissionem illius peccati conse-  
quitur. prout innuit beatus Augustinus. cum dicit.  
Quia corpus christi manducatur vivificat  
mortuos. De isto etiam fructu dicit ysa-  
ias. Accedite igitur ad eum et illuminamini  
quia lux est. Accedite ad eum et faci-  
emini. quia propitius est. Accedite ad eum et  
liberamini. quia ubi spiritus domini / ibi  
libertas. Accedite ad eum et absolue-  
mini. quia remissio peccatorum est. Cui con-  
sonat Hieronymus. in hec verba. Nihil adeo  
est extinctius et remissum peccatis sic  
hinc oblatio et sacrificium. et hoc est ve-  
rum si digne offeratur. Propter quod  
Ambrosius in quadam oratione sic orat.  
Panis qui de celo descendisti. veni in  
cor meum. et munda me ab omni inqu-  
ramento carnis et spiritus. Et ad istam pur-  
gationem hortatur apostolus nos alloquens  
per figuram agni paschalis / qui dicitur  
azyma sic dicens. Expurgate vetus fer-  
mentum. ad Corinthios. xi. Septimus fru-  
ctus est spiritualis per internam consolatio-  
nem refectio. De qua dicit Sapientia. xvj.  
Panem de celo prestitistis. habentem

omne delectamentum. et omnem saporem  
 suavitatis. Et in Psalm. xxij. In loco pa-  
 scue ibi me collocavit. Et ideo Christus qui  
 est sacerdos et hostia ait Venite ad me  
 omnes qui laboratis et onerati estis. et  
 ego vos reficiam. Math. xi. In rei enim  
 veritate dulcissime potest reficere. quia  
 eius spiritus est super mel dulcis / et he-  
 reditas eius super mel et favum. Eccle. x.  
 Unde beatus bernardus de ista utilitate et  
 quarta sic dicit. In hoc sacramento anima  
 celesti dulcedine inebriatur. peccatum  
 veniale deletur et homo in gratia robo-  
 ratur. Idem de hoc septimo fructu lo-  
 quitur in hec verba Qui sanctam euca-  
 ristiam digne sumit / nunquam maius in to-  
 ta sua vita gaudium refrigeriumque ex-  
 pertus fuerit quam in sumptione corporis  
 et sanguinis domini nostri iesu christi  
 degustavit. Octavus fructus est interi-  
 or per gratie collationem vivificatio quod  
 lignum vite comestum vitam prestabit. nam  
 per virtutem huius sacramenti de attri-  
 to fit contritio. de irasore fit penitens.  
 Unde Job. vi. Qui manducat me ipse  
 vivet propter me. Rationabiliter enim  
 vita per cibum rediit. per quem mors in-  
 travit. quod autem in sumendo hoc sacrame-  
 tum gratia offeratur De hoc habet figura  
 Exo. xvi. ubi dicit. Descendente manna  
 descendebat piter et ros. Novus fructus  
 est corporis christi mystici incorporatio. De  
 quo Ambrosius in oratione ubi sic ait. Tu  
 enim dixisti domine panis quem ego dabo / ca-  
 ro mea est pro mundi vita. qui manducat  
 me vivet propter me et ipse in me manet.  
 et ego in eo. Job. vi. Et illud figuratum  
 est Exo. xvi. ubi dicitur. cum sol incaluisse  
 liquebat manna et prosequens per flum-  
 inem unicum fuit cum terra. Propter  
 quod ipse christus qui est cibus clamavit.  
 ad beatum Augustinum ut patet in libro pfe-  
 44

Cibus sum grandium cresce et manibus  
cabis meis et subditur. Nec tu me muta-  
bis in te. sicut cibum carnis tue. sed tu  
mutaberis in me. Nam per istum cibum  
 efficitur membra incorporata in christo  
 et unum in christo. Et ideo hec spiritualis  
 manducatio iure comunio nuncupa-  
 tur ut patet supra ca. vi. huius tractatus  
 et ut Damascenus dicit. Decimus fru-  
 ctus est fidei confirmatio per intellectus  
 illuminationem. quod designatur per illud  
 quod habetur i. Reg. xiiij. ubi dicitur quod iona-  
 thas gustavit de melle et illuminati sunt  
 oculi eius. Unde bernardus super can. sic inquit.  
Per fidem intellectus illuminatus et  
confortatus. attingit hanc veritatem  
indubitanter quod christus vere est in sacramen-  
to et divinitas vere in christo. Undecimus  
 fructus est quod perceptio eucaristie munit  
 hominem contra demonum nequitiam. Unde  
psalmus. Parasti in conspectu meo men-  
sam aduersus eos qui tribulant me. super  
quo dicit ysaia. Suscipe dominum iesum in  
tue mentis hospicium. cum aut aduersa-  
rius hospicium tuum viderit occupatum  
celestis fulgore presentie intellige locum  
temptationis suis per christum esse circum-  
clusum seu clausum. Pro quo effectu  
 consequendo beatus ambrosius in ora-  
 tione ubi supra sic orat. Domine munit  
 me beatorum angelorum pia atque fideli cu-  
 stodia atque fortissima tutela. ut hostes  
 omnium bonorum confusi a me discedant  
 per hoc magnificum et admirabile sacra-  
 mentum. Et de hoc habetur figura Exo. xij  
 ubi legitur quod quando filii israel comederunt  
 agnum paschalem. tunc posuerunt de san-  
 guine in superius liminari et in utroque  
 postea horum sui. et sic domus eorum erant  
 preseruate ab angeli percussura. De eod  
 habetur figura Ezechiel. ix. ubi dicitur quod  
 illi soli preseruari fuerunt quos vir vesti-

tus lineis seorsum dominus iesus christus signa-  
 bat thau thau in frontibus eorum. thau est  
 figura crucis / que cum accedimus ad  
 altare in fronte id est in prospectu nostre  
 rationis debet esse depicta. Quoddecimus 12.  
 fructus est fomitis mitigatio / seu  
 inordinate concupiscentie extinctio de  
 quo in psalmo. Super aquam refectiois  
 educauit me etc. Sicut enim aqua refri-  
 gerat sic illud sacramentum etiam refri-  
 gerat a feruore concupiscentie. Unde  
 bernardus. Sacramentum corporis christi duo  
 operatur in nobis videlicet sensum mu-  
 nit et a grauioribus peccatis tollit om-  
 nino consensum. verbiginta Si quis no-  
 strum non tam crebros ut solebat. nec  
 tam acres sustinet iracundie vel luxu-  
 rie inuidie ac ceterorum viciorum motus  
 gratias agat corpori et sanguini domini  
 nostri iesu christi. quoniam virtus huius sa-  
 cramenti operatur hec in eo. Decimille.  
 Propter quod beatus ambrosius in quodam  
 oratione dominum nostrum iesum christum  
 sic adorat. Domine rex virginum ama-  
 torum castitatis et integritatis. decus ce-  
 lesti rore benedictionis tue extingue in  
 me totum fomitem ardentis libidinis  
 ut maneat in me tenor totius castitatis  
 anime et corporis. Et illud videtur esse  
 figuratum. ij. Mach. j. ubi legitur. quod flamma  
 accensa a lapidibus perfusis / aqua  
 residua a lumine quod refulsit ab altari  
 consumpta est. Sepe enim flamma con-  
cupiscentie que nascitur ex aqua resu-  
dua id est ex rerum temporalium afflu-  
tia et superfluitate. qua lapides et homi-  
nes mundani perfunduntur extingui-  
tur a lumine ab altari fulgente. id est a  
gratia sacramenti eucaristie. Propter  
 tanta igitur dona que ex huiusmodi sacramen-  
 ti perceptio digne sumendi preseruantur  
 genti aio deuotaque mente est inquirendum

Qualis esse debeat qui ad hanc men-  
sam digne accedere mereatur. Ad  
quod respondet propheta in psalmo  
xxj. Ubi in persona christifici dicit.  
